1180.

G. Dydinska G. Dydinski

Quietat

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Ca-
pitanealibus Premisliensibus Comparens personaliter Gene-
rosa Theophila de Dydynskie olim Generosi Nicolai Dydynski
Consors relicta vidua, olim vero Generosi Andreae Dydynski
Filia sua Generosi vero Adami Jezierski Conthoralis Mater, sana
mente et Corpore existens a Terrestribus Districtibus, Juribus,
Jurisdictionibusque suis quibusvis ipsi de Competentia rece-
dendo. Jurisdictioni vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Juris-
dictioni, quoad Actum modernum attinet, se suosque succeso-
ribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie
incorporando atque subjiciendo, palam libere publice ac per
expressum recognovit. Quia ipsa Generosum Michaelem Dy-
dynski eiusdem olim Generosi Nicolai Dydynski secum
Recognoscente procreatum filium et ipsius successores de cau-
sa et Actione Judiciaria per se Regnata(?) ipsi et Generosis
Casimiro Nicolao Filiis suis tum et Adamo Dydynski [illegible]
[illegible] ad Judicia Tribunalitia Regni Lublinensia in Causa
Ratione per eundem Generosum Michaelem Dydynski Fili-
um suum ac alios superius specificatos sui Recognoscentis
Concussionis, Conculcationis, Colaphi impactionis, Nec
non [illegible] Generosae Annae Filiae suae germanae eius-
dem vero Generosi Adami Jezierski Consortis enormis Conculcationis
et in Aquis submersionis. Processu Causae de
[illegible] intentata. Nec non de poe-
na Infamiae ex [illegible] sui Regnalis super eodem Generoso
Michaele Dydynski Filio suo ac aliis [illegible] Dy-
dynskie Filiis suis et [illegible] ratione [illegible] in Ju-
dicio Tribunali Regni Lublinensi Feria Sexta post Fes-
tum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae Anno Mille-
simo Septingentesimo Sexagesimo Quinto lata et publi-
cata, ac quibusvis Protestationibus, Obductionibus, toto

denique

deniq[ue] et integro Processu ea in Substantiatione praemissorum habendo. Insuper eo ob sufficientem et plenariam sibi Recognoscenti pro praemissis omnibus praestitam satisfactionem eundem tantummodo supranominatum Michaelem Dydynski Filium suum Natu Maiorem et ipsi praemissos Quietat. emittit dimittit. Liberumq[ue] et absolutum perpetuo pronunciat. Poenam eandem Infamiae et Banni Proscriptiones, Obductiones Relationes Nativum Eorundemq[ue] Processum nec eodem tamen Eiusdem Michaele Dydynski Cassat. Mortificat et annihilat. Sibi et suis posteris ratione praemissionem perpetuum imponendo silentium. Salva tamen Poena Infamiae et Banni Salvis Proscriptione, Obductionibus, actorum Processu quo ad reliquas Personas Eorum et Salva Poena publica sibi Recognoscenti pleno in robore reservata. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia Mediante.

Actum in Castro Premysliensi Vigore Laudi Feria Sexta post Festum Sancti Francisci Confessoris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono. R. Rodecki Mistrem et A. Fredro Castellanum Leopoliensem Quietat.

11/X 1669